65 tificis authoritate, ut ait Mareſcot. *ſuprà*, *num.* 21. Non enim jus ſpirituale ab Eccleſia in laicos transfertur per conceſſionem Decimarum, ſed titulum temporalem ad commodum, & utilitatem fructuum percipiendam, Caſtill. *cap.* 10. *ex num.* 5. Balboa *in cap. cauſam*, *n.* 7. 8. *de præſcrip.* Redoan. *de ſpoliis Clericor. quæſt.* 14. *n.* 14. *cum ſeqq.* Garc. *de expenſ. cap.* 9. *num.* 91. Laſart. *de Decim. vend. cap.* 19. *n.* 32. D.Thom. 2.2. *quæſt.* 100. *art* 4. *ad* 3. Cevall. *dict. quæſt.* 822. *num.* 78. Suar. *cap.* 30. *n.* 9. Barboſ. *in dict. collectan. n.* 3. nam Superioris, an concedendas laicis Decimas habentis facultatem, authoritate, perceptio earum, quæ annexa eſt titulo ſpirituali, poteſt ſeparari; Thom. Delbene *ſuprà tom.* 1. *cap.* 8. *dubitat.* 9. *ſect.* 2. *num.* 32. Caput autem, *prohibemus, de Decim.* ut ex ſe patet, non comprehendit laicos, qui tuta conſcientia, tituloque legitimo Decimas retinent? de quo tamen conſulas Caſtill. *dict. cap.* 11. *num.* 45. Auguſt. Barboſ. *dict.* §. 3. *num.* 63.

Ibi: *Licet Decimas ante Concilium Lateranenſe.*

66 Non minus controvertitur, an Epiſcopus poſſit in feudum perpetuò concedere de Eccleſia benemeritis eas Decimas, quæ ante Concilium Lateranenſe erant penes laicos titulo feudi perpetui, ſi iterùm ad Eccleſiam nunc revertantur? Affirmant Gilchen. *dict. cap.* 8. *à num* 10. Burſat. *conſ.* 127. *num.* 122. *volum.* 2. Imol. *in cap.* 2. *de feud.* Cardinal. *ibi, col. penult.* Quibus, & aliis videtur prohibitio non dandi Decimas perpetuò in feudum, eſſe reſtringenda ad eas quæ tunc temporis liberæ exiſtebant; pro quibus facit textus notabilis *in cap.* 2. *de feudis*, ubi proponitur, Epiſcopum juraſſe, bona Eccleſiæ ſuæ non infeudaturum? & deciditur, non obſtante juramento, poſſe in feudum concedere rem ad Eccleſiam reverſam, quæ cùm juravit, jam erat infeudata. Undè dicendum videtur, poſſe Epiſcopum decimas infeudatas tempore Concilii, iterum, ſi vacaverint, eodem modo in feudum perpetuò concedere.

Sed contra tenent Ioan. Andr. & Abb. *in dict. cap. prohibemus*, Felin. *in dict. cap. cauſam quæ, col.* 2. *verſ. Facit etiam ad hoc.* Claudi. Seyſel. *in ſpecul. feudor. tit. quæ res in feud. dar. poſ. verſ. Nihilominus*, Menoch. *dict. lib.* 6. *præſ.* 86. *nu.* 3. Fachinæ. *dict. lib.* 7. *cap.* 72. Beroi. *conſ.* 21. *num.* 12. *vol.* 1. Redoan. *dict. tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 63. *num.* 17. *cum ſeq. & q.* 64. *num.* 3. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 20. In qua controverſia Suar. *ſuprà*, *num.* 9. diſtinctione uſus eſt: qua omiſſa,
67 hanc poſteriorem partem ſuſtinendo, Reſponderi poteſt ad *caput* 2. *de feud.* in eo juramentum intelligi juxta mentem jurantis, ejus cui juratum eſt, quæ fuit, ne Epiſcopus deteriorem faceret Eccleſiæ conditionem, ſed illam indemnem ſervaret in eo ſtatu, in quo tunc reperiebatur; cui minimè contravenitur, ſi bona, quæ jam erant ſub feudo, denuò eiſdem conditionibus infeudentur, cum per hoc jus Eccleſiæ deterius non reddatur; at prohibitio, ne Epiſcopi decimas dent perpetuò in feudum laicis, ad eorum perſonas reſpicit, quibus abſtulit, quam antea habebant, facultatem: qua ſublata, nullis ex Decimis feudum perpetuũ poterũt concedere: quod & magis receptum videtur.

Verſ. *Sed ſi dubitetur, an Decima titulo feudi.*

68 Eſt hac in re duplex communis opinio. Prima docet, laicum, poſſidentem decimarum jus, probare debere præter immemorialem poſſeſſionem, feudi conceſſionem ex fama; Mareſcot. *lib.* 1. *c.* 13. *num.* 4. & *cap.* 95. *n.* 23. Cevall. qui communem teſtatur, *quæſt.* 368. Balboa *in cap. cauſam*, *n.* 51. *de præſcript.* Menoch. *conſ.* 291. *num.* 43. & *d. præſumpt.* 86. *num.* 5. Rebuf. *quæſt.* 13. *num.* 69. Suar. *cap.* 27. *num.* 4. Barboſ. *in d. collect. ad c. cauſam*, *num.* 4. *ad finem*, & *dict. cap.* 26. § 2. *num.* 52. Beroi. *conſ.* 21. *num.* 15. Rota *deciſ.* 474. *num.* 3. 4. *part.* 1. *in recent.* & apud Duran. *deciſ.* 205. *num.* 15. quam ita in praxi obſervare, teſtis eſt Tondut. *dict. q.* 71. *n.* 24. At quod ſufficiat, allegare titulum feudi conceſſi ante illud Concilium, & ſolùm probare immemorialem, tenent magis communiter DD. & in Gallia obſervari, tradit Tondut. *num.* 25. idemque probant D. Latrea *part.* 2. *allegat.* 69. *num.* 17. Molin. *de primogen. libr.* 2. *c.* 6. *numer.* 47. Garcia *de expenſ. c.* 9. *n.* 96. Maſcard. *de probation. tom.* 3. *conclus.* 1372. *num.* 32. Guttier. *dict. lib.* 1. *practicar. cap.* 16. *per totum*, Gilchen. *dict. cap.* 8. *num.* 23. Noguerol. *allegat.* 39. *num.* 8. Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. tit.* 19. *num.* 43. Menoch. ſibi contrarius *de præſumpt. lib* 3. *præſ.* 131. *numer.* 47. Menchac. *controverſ. illuſtr. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 6. 7. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 6. *titul.* 8. *numer.* 21. 22. Avendan. *in cap. prætor. lib.* 2. *cap.* 4. Gregor. Lop. *in l.* 13. *gloſ.* 2. *in fin.* ubi hanc magis communem dicit, *titul.* 20. *p.* 1. latiſſimè Caſtill. *cap.* 3. *ex num.* 6.

Quæritur, an tuta conſcientia poſſint decimæ retineri ex 69
ſola immemoriali poſſeſſione ab eo, qui neſcit, ullum legitimum titulum interveniſſe? Affirmant multi apud Peregrinum *ſupr. libr.* 4. *tit.* 8. Anton. Gab. *commun. tit. de præſumpt. lib.* 5. *concluſ.* 1. *num.* 8. & Menoch. *d. præſumpt.* 86. *num.* 4. nam ex tam diuturna poſſeſſione oritur præſumptio, quod præceſſerit titulus, quod ſufficit ad juſtificandam Decimarum retentionem, quicquid alii ſentiant cum Thom. Delbene *ſup dict. dubit.* 29. *ſect.* 2. *in fine*, quibus adſtipulari videtur D. Covar. *in præſenti*, quem ſequitur Guttier. *num.* 2. *verſ. Non obſtant*, dum docet, laicum teneri ad probandum ſaltem ex fama, Decimas feudi titulo poſſediſſe; licèt dubius loquatur.

Ad Num. 6.

Laicus, ſi ſpolietur jure percipiendi decimas, eſt ante 70
omnia reſtituendus, niſi ſpolium fiat ab ea Eccleſia, ad quam de jure Decimæ ſpectabant; quo caſu de titulo ſuæ poſſeſſionis docere debet, ut reſtituatur; *cap. ult. de reſtitut. ſpoliator. in* 6. Guetier. *d. lib.* 2. *Canonic. cap.* 21. *à n.* 74. Rebuf. *d. q.* 13. *num.* 83. Menchac. *dict. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 4. Monet. *cap.* 5. *num.* 82. Auguſtin. Barboſ. *ſupra, dict. cap.* 26. § 2. *num.* 47. & plures relati per Pet. Barboſ. *in l. ſi vinum.* 130. *ff. de judic.* qui omnes de communi teſtantur.

Ad *cap. licet Epiſcopus* 28. *de præbend. in* 6. reſpondetur 71
ibi nihil de reſtitutione; ſed tantùm prohibetur, ne Epiſcopus inauditum ſpoliet eum, qui duplex incompatibile beneficium poſſidet: undè non ſequitur neceſſariò, hunc 72
eſſe reſtituendum. Siquidem multa fieri vetantur, quæ facta tenent; *cap. ad Apoſtolicam, de regularib. l. patre furioſo* 8. *de iis, qui ſui, vel alien. jur. ſunt*, Argel. *de legit. contradict. quæſt.* 3. *n.* 98. & ita hæc jura conciliat latius explicans Barboſ. *in collectan. ad d. cap. licet. num.* 6. Alias difficultates ex variis Pontificum reſponſis partitur præfata communis doctrina; de quibus idem Barboſ. *in dict. cap. ad Decimas*, & fuſius *dict. c.* 26. §. 2. *ex n.* 43.

Verſ. *Quartò, ab eadem radice.*

Laici nullo tempore, etiam immemoriali, poſſunt jus 73
percipiendi Decimas præſcriptione acquirere, Mareſcot. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 2. Cevall. *quæſt.* 822. *num.* 77. Barboſ. *dict.* § 2. *num.* 49. 50. Ioſeph. Ludovic. *Peruſ. deciſ.* 106. *num.* 8. 9. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. Guttier. *ſupr. num.* 71. Suar. *dict. cap.* 27. *num.* 3. Peregrin. *ſup. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 18. Valaſc. *de jur. emphyteut. quæſt.* 17. *num.* 15. Monet, *c.* 15. *à num.* 114. Chaſſane... *in conſuetudin. Burgund. rub.* 1. §. 1. *num.* 26. Rebuf. *dict. q.* 13. *à num.* 67. Gilchen. *p.* 3. *c.* 8. *numer.* 16. Delbene *ſup. n.* 31. cum aliis, Menoch. *conſ.* 291. *numer.* 42. Tondut. *dict. cap* 72. *num.* 7. In quo limitatur illa regula, 74
quod tantùm poſſit immemorialis poſſeſſio, quantùm privilegium Principis; *cap ſuper quibuſdam* 26. § *præterea*, ubi Gloſ. *verb. Non extat memoria*, *verbor. ſignificat. l.* 1. §. *ductus aquæ*, *ff. de aqua quotidian.* quod provenit ex incapacitate poſſeſſoris, quæ tolli poteſt per Pontificem, quatenus temporales ſunt, ut diximus *ſupr. numer.* 65. ſi Decimas laico concedat, ſed non per tempus immemoriale; quam limitationem docent Cardin. *Tuſch. lib.* 1. *concluſ.* 453. *num.* 56. & *lit. L. concluſ.* 342. *n.* 117. Guevara *in propugnac. Eccleſiaſtic. liber.* §. 7. *primæ aſſertionis*, *n.* 37. Nicol. Garc. *de benefi. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. Delbene *tom.* 1. *cap.* 1. *dubitat.* 15. *ſect* 3. *n.* 3. Suar. *contra Reg. Angliæ lib.* 4. *cap.* 32. *numer.* 23. Balboa *in dict. cap. cauſam, numer.* 48. *cum ſeqq. de præſcript.* Caſtill. *cap.* 3. *num.* 17. Quare laici quoties contendunt, ſibi jus eſſe Decimas percipiendi, pro fundamento ſuæ intentionis

intentionis debent allegare aliquam conceſſionem de jure validam; nam ſi ſola in poſſeſſione fundentur, obtinere non poterunt; Abbas in *cap. cum Apoſtolica, num.* 12. *de his quæ fi. n.* Tondut. *d. qu.* 71. *nu.* 16. Barboſ. *n.* 52. & omnes communiter.

75 Præcipua verò præcedens concluſio limitatur communiter, quando laicus præſcribit contra laicum juris Decimarum poſſeſſorem, abſque aliquo Eccleſiæ præjudicio; tunc enim, ſicut aliæ res profanæ, præſcribi poterunt; Valaſc. *ſupra*, Rebuf. *d. q.* 13. *num.* 55. *verſ. Niſi contra laicos*, Menchac. *ſupra, quæſtio.* 89. *num.* 3. Guttier. *dict. libr.* 1. *practicar. q.* 15. *num.* 7. Felin. *in d. cap. cauſam*, *quæ num.* 4. *de præſcrip.* Caſtill. *cap.* 30. *num.* 13. Barboſ. *in dict. cap.* 26. §. 2. *num.* 53. Qui intelligit hoc procedere in Decimis perpetuò laicis conceſſis, Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 11. 1. *lib.* 4. Cravet. *conſ.* 479. *numero quarto, lib.* 3. Balb. *de præſcript. part.* 5. *quæſtio.* 7. Cancer. *ſupr.* & plurimi alii.

Ibi: *Illud tamen hac parte admonendum eſt.*

76 Sic docent omnes, imò nec Summus Pontifex in præjudicium congruæ ſuſtentationis miniſtrantium ſpiritualia, quicquam poteſt ſtatuere, aut concedere, Guttier. *dict. cap.* 21. *num.* 25. 29. Caſtill. *in l.* 23. *tit.* 19. *part.* 1. Sot. *lib* 9. *q.* 4. *art.* 1. *verſ. Ex his ſubinfertur*, Suar. *cap.* 14. *num.* 9.

Ad Num. 7.

77 Sine dubio eſt, poſſe unam Parochiam adverſum alteram jus percipiendi decimas præſcribere, modò miniſtrantibus ſufficiens portio ad alimenta relinquatur, *cap.* 1. *de præſcript. in* 6. ubi notatur, Mareſcot. *dict. lib.* 2. *cap.* 95. *n.* 22. Zabarel. *conſ.* 26. *num.* 5. Mil. *verbo. præſcribi an poſſit jus decim.* Balbus *de præſcript. part.* 2. *pag.* 3. *quæſtion.* 6. *num.* 10. *vers. Limita iſtam*, Caſtill. *c.* 37. *num.* 1. & multi alii apud Barboſ. *in collect. ad cap. cum contingat. n.* 2. & *ad cape. cum ſint*, *num.* 2. *de decim.*

78 Illud autem controverſiam patitur; num Clerici, vel Religioſi, non habentes Parochiam; tale jus præſcriptione conſequi valeant? Negant Suar. *c.* 30. *num* 8. 9. Florentin. *in ſumm. part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 3. §. 3. *vers. Et. nota quod Epiſcopus*. Affirmant Rebuf. *d. quæſt.* 13. *num* 63. Turrecremat. *in cap. fin. quæſt.* 1. 16. *q.* 1. Guttier. *d. cap.* 21. *num.* 60. Mareſcot. *ubi proximè*, qui quadragenariam poſſeſſionem cum titulo, aut immemorialem requirit; Caſtill. *capit.* 2. *numer* 14. Auguſtin. Barboſ. *in cap. in aliquibus*, *n.* 7. *de Decim.* & *dict. cap.* 26. §. 2. *num.* 48. ubi alii, & *num.* 55. Quæ ſententia verior videtur, ſiquidem Eccleſiaſticis ceſſat ratio incapacitatis poſſidendi jus ſpirituale; ex qua ſola defenditur, laicos Decimas præſcribere non poſſe; qua ſublata, ſicut privilegio, ita & præſcriptione jus Decimas percipiendi per Eccleſiaſticos acquiri poterit, cum eandem vim obtineant; Peregrin. *lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 61. Rodulphin. *de ab-*
79 *ſolut. Princ. poteſt cap.* 2. *num.* 13. Nam immemorialis poſſeſſio vim obtinet privilegii, Balb. *de præſcription. part.* 2. *quintæ part. in princ q.* 6. *n.* 28. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 14. Rebuf. *ad leg. Galliæ tit. de conſuetud. in præfat. n.* 45. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancelar. gloſ.* 35. *num.* 29. Caſtill. *cap.* 3. *num.* 6. Avendan. *de cenſ. cap.* 8. *n.* 9. Garc. *de nobilit. gloſ.* 12. *num.* 54. *cum ſeqq.*

Quibus non obeſt, quod P. Suar. conſiderat in contrarium, ſcilicet rationem injuſtitiæ, quæ hanc præſcriptionem comitatur, ut unus miniſtret, & alter commodum pro tali miniſterio debitum reportet. Nam per præſcriptionem ſemper juri alterius derogari ſolet; & ſicut privilegio Pontificis illa inæqualitas introduci poteſt, ſic etiam &
80 præſcriptione. Ipſe tamen hanc paritatem negat, per textum in *cap. accedentes.* 11. *de præſcription.* ubi probatur, privilegio eximi poſſe aliquem ab onere, à quo præſcriptione non licet. Sed communiter reſpondent DD. illud procedere, propter ſpecialem prohibitionem præſcriptionis, de Qua in *illo textu*, Barboſ. *ibidem. in collectan. n.* 3. at in caſu noſtro nullibi prohibetur, quod Eccleſiaſtici, etiam ſive Parochia, Decimarum jus præſcribere queant. Sed una Eccleſia non Parochialis contra alteram, quæ Parochia non ſit, jus percipiendi Decimas quadraginta annis abſque titulo præſcribit, Mareſcot. *numer.* 24. ubi ſic Rotam deciſiſſe teſtatur. Idem eſt ad præſcribendum contra eum, qui habet Decimas de jure ſpiciali, Barboſ. *numer.* 56. vel de jure communi, quas nunquam poſſedit: Idem *numer.* 57. nam ſola quadragenaria poſſeſſio ſine titulo ſatis erit

Ibi: *Cum alioqui in præſcriptione triginta, vel quadraginta.*

In præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum 81
nullo jure titulus deſideratur, niſi jus commune adverſus præſcribentem præſumat., D. Covar. *in regul. poſſeſſor. part* 2. §. 4. *numer.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 131. *à numer.* 15. Maſcard. *de probat. concluſ.* 13. *à numer.* 91. & *concluſ.* 1177. *numer.* 108. Gilchen. *part.* 2. *memb.* 1. *capit.* 9. 11. Molin. *de juſt. & jur. diſp.* 75. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 535. *à numer.* 22. Pariſi. *in cap. ſi diligenti, numer.* 46. *de præſcrip.* Pinell. *in auth. niſi tricennale*, *numer.* 10. *in fine C. de bon. matern.* Ægidi. *in l. ex hoc jure, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 74. *ff. de juſt. & jur.* de quo latiſſimè per D. Ioann. del Caſtill. *cap.* 26. *n.* 55. & 56. *vers. Secunda concluſio* Petr. Barboſ. *in rubric.* ... *de præſcript.* 30. *vel.* 40. *annor. numer.* 72. 73. 96. 106. *cum ſequentib.* & *num.* 114. *cum aliis*, Balboa *in cap. de quarta, n.* 23. & *in c. Sanctorum. q.* 2. *n.* 24. *de præſcrip.*

Ad Num. 8.

Ibi: *Quibus mehercle opinionibus ea, quæ potuimus.*

Decimæ tolli, immutarique quoad quotam, conſuetudine non poſſunt, quatenus ſunt neceſſariæ adminiſtrorum ſacrorum ſuſtentationem. Sequuntur. D. Covarruvias Guttierr. *dict. capit.* 21. *numer.* 35. Rebuf. *dict. quæſt.* 13. *numer.* 54. Dicac Perez *in l.* 1. *tit. l.* 5. *libr.* 1. *Ordinanm.* Soto *libr.* 9. *quæſt.* 4. *ad* 4. Aragon. 2. *quæſt.* 87. *art.* 1. Suar. *capit.* 12. *numer.* 5. 8. Tondut. *dict. capit.* 72. *numero duodecimo*, Caſtill. *cap.* 10. *numero ſeptimo*, Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit. libro tertio*, *capit.* 19. *num.* 97. *cum ſequentibus.*

Ibi: *Nam etſi poſſit Princeps, ipſaque conſuetudo.*

Quid poſſit Princeps circa jus naturale, & divinum? 82
colliges ex Suarez *capit.* 4. *numer.* 6. T. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſ.* 6. *numer.* 5. Azor. *part.* 2. *libr.* 4. *capit.* 18. *quæſt.* 1. Matt. *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 62. *numer.* 15. Curtel. *de immunit. Eccleſiaſtic. libr.* 2. *quæſt* 4. *numer.* 21. Delbene *eod. tract. tom.* 1. *capit.* 1. *dubitat.* 2. *ſect.* 3. *numer.* 6. Cevall. *quæſt.* 760. *numer.* 13. Gregor. Lop. *in procemio, part.* 2. *gloſ.* 6. *ad finem*, Grammatic. *vot.* 32. *numer.* 7. Did. Per. *in l.* 1. *quæst.* 33. *verſ. Nec contra, titul.* 12. *lib.* 3. *Ordinament.* Menchac. *ſupra capit.* 5. *numer.* 15. Barboſ. Ium. *de jur. Eccleſ. univerſ.* *libr.* 1. *capit.* 2. *à numer.* 110. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 71. & quidem doctrina hæc *D. Covarr.* recepta eſt, ac omninò tenenda.

Verſ. *Eas verò decimas, quæ jure tantum humano.*

Decimæ quæ iure humano debentur, nec ſunt neceſſariæ ad victum miniſtrorum, conſuetudine tolli, minuive poſſunt. Hæc ſententia communis eſt, ut conſtat ex DD. *in principio hujus numer.* laudatis, licet eam impugnent Germon. *ubi proximè*, & alii non pauci Canoniſtæ, qui cenſent, Decimas etiam quoad quotam eſſe de jure divino, ut notat Suar. *dict. cap.* 12. *numer.* 1. Videas notata paulò inferius, *numer.* 97. *cum. ſeqq.*

Verſ. *Primùm hinc conſtat.*

Quas decimas Clerici ſolvere teneantur, tractat latiſ- 83
ſimè Suar. *cap.* 17. *per totum*, Guttier. *dict. cap.* 21. *numer* 52.

Pellizzari.*in manu il regular.tom.2.tract.8.c.7.n.*166.Barboſ.
*dict.cap.26.§.3.ex ſin m.6.*Ant.Hiſpan.*de Decim.reg.*10.*num.*
16.17.Valent.2.2.*tom.*3.*diſput.6.quæſt.5.punct.* 5. Becan. *de*
*juſt. & jur. in quæſt.*87. D. Thom.*quæſt.*6.Rebuf.*quæſt.*5.Mo-
net.*cap.*5.Bonaci.*tract.de legib.diſput.ultim.quæſt.5. punct.*
3.*à num.*5. Ex quibus quid hac in re attento jure commu-
ni dicendum ſit ,breviter oſtendemus.
84 Primò, Summus Pontifex ad Decimas ſolvendas te-
netur ex prædiis , quæ titulo temporali poſſederit , niſi ſe
ipſum eximat ; non autem ad alias: Suarez *ſuprà,numer.*8.
cum ſeq. Rebuf. *numer.* 26. Bonacin. *dict. num.* 5. *in fine.*
85 Secundò , Epiſcopi & alii ſimiles Prælati in hoc Ponti-
fici æquiparantur , eo excepto , quod ſe immunes face-
re nequeunt à ſolutione earum Decimarum ex prædiis ,
Suar. *à num.* 11. Rebuf. *num.*3. 4. Pellizari.*ubi ſup.* Tuſ-
ch.*tom.* 2. *concluſ.* 65. Bonacin. *dict. num.* 5.Monet. *cap.*6.
86 Tertiò ; Parochi ejuſdem conditionis ſunt ac Epiſco-
pi , nam ſolum ad Decimas ex prædiis titulo tempora-
li acquiſitis ſunt obligati, etſi intra propriæ Parochiæ ter-
minos illa ſint ſita , *l.* 2. *tit.* 10. *part.* 1. Guttier. Bonac.
Pellizzar.*ſup.* Sot. *dict. lib.9. quæſt.*4.*art.*4. Suar.*à nu.*16.
Sed Epiſcopus , & Parochus ſunt Pontificis poteſtati ſub-
jecti , ut poſſit ſuper reditus Eccleſiaſticos imponere eis
juſta de cauſa onus aliquod ; Epiſcopus autem à Parochis
nihil propria authoritate valet exigere ; notant. Suarez
87 *num.* 19. Becan. *num.* 3. Ratio præmiſſarum reſolutionum
eſt, nam hæ perſonæ Paſtorem non habent , à quo Sacra-
menta percipiant , ut ei perſonales decimas ſolvant , quæ
hoc titulo debentur , *cap. ad Apoſtolicæ* 20 §.1. *de Decim.*
88 Neque ex reditibus Eccleſiaſticis Decimæ penduntur, *cap.*
*cum ſit.*46. ſecundum communem intellectum , 16. *quæſt.*1.
Solùm ergo ad Decimas prædiales , de quibus diximus,te-
89 nentur.Quia prædia illa tranſeunt cum ſuo onere in quem-
cunque poſſeſſorem , cùm Decimæ onus ſit reale , quod
rem ſequitur , quocumque vadat , *cap. dilect.* 8. *cap. de ter-*
ris 16. *de Decim.* Cevall. *tom. ultim.quæſt.*55. *numer.*10 20.
Suarez *num* 8. Leſſi. *de juſt.& jur. libr.*2. *cap.* 39. *num.*23.
Bonacin. *ubi proximè* , Guttier. *Canonic. lib.*1. *cap.*1.*n.* 111.
Caſtill. *cap.* 2. *num.* 17. Auguſt.Barboſ. plures referens *in*
collectan. ad cap. cum ſint, num. 3. *de Decim.* Quod ſimili-
ter in Tertiis docet Caſtill. *num.*18.*& cap.*36.*n.*54.Cabed.
*de patron. Reg. Coron. cap.*18.
90 De Clericis autem , aliiſque Eccleſiaſticis Parochiam
non habentibus dicendum eſt , Decimas non debere ex
bonis , aut reditibus Eccleſiaſticis ; de patrimonialibus
ſic ut ex prædictis colligitur ; de perſonalibus Decimis
eſt controverſia ; & communiter DD. docent , ad eas Cle-
ricos , aliòſque Eccleſiaſticos eſſe aſtrictos ; ut ex pluri-
bus tradunt Barboſ. *dict.* §. 3. *num.* 8. *cum ſeqq.* Monet.
cap. 5. *quæſt.*1. Ricc. *in praxi for. Eccleſ.deciſ.*605. aliàs *de-*
*ciſ.*429. Guttier. *d. nu.* 52. Bonacina,& Becano *ſupr.* Suar.
*à nu.*21. qui *nu.*24.diſtinguit inter lucra titulo ſpirituali, &
temporali comparata, à quo hujus rei perfectam cognitio-
91 nem diſcere poteris. Conſuetudo verò eos omnes à tali
obligatione eximere valet,Guttier.*d.n.* 52. Rebuf.*d. quæſt.*
13.*num.*60.Perez *ſupr.*Caſtill.*cap.*2.*nu* 9.10. Auguſt.Barboſ.*in*
*collect.ad cap.in aliquibus,num.*6.*de Decim.*

Verſ. *Secundò licet magis.*

92 Ex prædiis unius Eccleſiæ conſtitutis intra terminum
alterius Decimas deberi,tenent Guttier.*nu.*54. Rebuf.*dict.*
*quæſt.*5.*n.*20.Perez *ſuprà col.*198.*verſ.Dubitatur & col.*203.
verſ. Item etiam , Azeved. *in l.*2.*tit.*5. *libr.*1.*Recopilat.*& eſt
magis communis opinio,& in puncto juris vera,ut fatetur
Suarez *n.*31.licet in oppoſitam inclinet ; ſed tale jus con-
ſuetudine etiam extinguetur,Caſtill. *cap.*2.*num.*9.

Verſ. *Tertiò deducitur.*

Conſuetudine effici poteſt , ut Decimæ uni Eccleſiæ
93 jure communi debitæ ; ſolvantur alii;Caſtill.*nu.*5.Monet.
capit. 5.*quæſt.*5. *numer.*97. Auguſt. Barboſ. *ubi inferiùs,nu-*
*mer.*68.Fagund.*in præcept. Eccleſ. præc.*5. *libr.*3. *capit.*1.*nu-*
*mer.*4.Suarez *capit.* 22.*numer* 7. Rebuf. *dict. quæſt.* 13. *nu-*
mer. 47. 60.Guttierr.*numer.*58 ad quod quadraginta anno-
rum tempus deſideratur. Et in cauſis Decimarum , tam
quoad obligationem , quàm quoad modum ſolvendi , in 94
primis attendenda eſt conſuetudo ; *cap. cum ſint homines.*
18.*capit.ad Apoſtolicæ* 20.*capit.in aliquibus* 32. §. 1. *de De-*
*cim.*Suar.*dict capit.*12.*numer.*15.Tondut.*ſupr. capit.* 39. *nu-*
*mer.*2.Rot.*deciſ.*333.*numer.*4.*part.*5.Monet.*d.cap.*5.*num.*87.
94.Valenzuel.*cons.*49.*num.* 1. Caſtill. *capit.* 15. *numer.* 28.
Azeved. *in l.* 1.*num.*12. *tit.* 15. *lib.* 1. *Recopil.* Vivi. *commun.*
*lib.*1.*tit.*10.*num.* 15.Cabed. *deciſ.*205.*num.*2.Aug. Barboſ. *d.*
cap. 26. §. 3. *num.* 71. & omnes communiter.

Verſ. *Quartò fortiori ratione.*

Ubi dubium eſt , cui Eccleſiæ Decimæ ſint ſolvendæ ,
ſtatur conſuetudini , quæ decennio introducitur : Caſtill. 95
*c.*2. *num.* 11. 12.Monet *ſupr. dict.quæſt.*5 *num.*100. Barboſ.
*numer.*68.Put.*decis.* 154. *lib.* 1.Guttier.*dict. numer.* 58.Ma-
reſcot.*variar.lib.*2. *cap.*95. *num.* 19.ubi Rotæ deciſiones re-
fert , Suar. *num.*8. Et quod conſuetudo , quæ non eſt con-
tra jus , inducitur decennio , probant Suarez *in Theſaur.*
receptar.ſentent. lit. C.numer. 275. Monet. *de option. Cano-* 96
*nic.capit.*2.*quæſt.*2. *numer.*6.Ceval.*quæſt.*357.*numer.*10.Sayr.
*in clau. Regia,lib.*3. *capit.*11. *numer.* 11. Curti. *in capit.fin.*
*ſect.*3.*n.*28. *de conſuetud.*Barboſ. *ſupr.* §.2.*n.* 35. Achil. *de-*
*ciſ.*3.*n.*5.*de Decim.* Rebuf.*quæſt.*13.*n.* 47.60.Guttier. *ſupr.*
nam ſi jus reſiſteret , immemorialis , vel quadragenaria
cum titulo deſideraretur , Barboſ. *ubi proximè* , Rebuf.
num. 83.

Verſ. *Quintò hinc verum eſſe.*

Conſuetudo valet eximere laicos à ſolutione omnium
decimarum perſonalium ; ſic docet Grego. Lop. in *l.* 1. 97
gloſ. mag. vers. Prima , *tit.* 20 *part.*1.Suarez *dict. cap.* 12.
n. 6.& plures,quos refert.Menchac. *dict. lib.* 2. *illuſtr. cap.*
89. *n.* 8.*in princip.* Guttier. *num.* 37. Barboſ. *num.* 70. Vi-
vi. *Neap. decis.* 4. *num.* 46. Monet. *dict, cap.* 5. *num.* 92.

Verſ. *Sextò pariter.*

Ex conſuetudine , Decima ad minorem quantitatem re- 98
duci poteſt , modò miniſtranti ſpiritualia , quod ſuffi-
cit ad victum relinquatur;Caſtill. *numer.* 21 Rebuf.*quæſt.*
13.*numer.* 46.54.Farinac. *deciſ* 474.*numer.*5.*tom.*2. Barboſ.
*dict. cap.*26.*in princip. numer.* 11.Cancer.*numer.* 12.27.Sua-
rez *dict. cap.*12. *numer.*5.Guttier.*numer.*31.*verſ.Alii autem.*
Balb. *de præſcription. part.*1. *partis* 5. *princip. quæſt.* 7. & eſt
communis. Idem de præſcriptione docet cum multis Ca-
ſtill. *num.* 23. qui *num.* 19. cum aliis obſervat , Decimam
appellari,quamlibet. partem , quæ Decimæ loco ſolvatur.

Verſ. *Septimò eodem jure.*

Similiter conſuetudine licet ex aliquibus fructibus De- 99
cimam nullam ſolvere ; Perez in *dict.l.* 1. *col.* 205. *in fin.*
*verſ. Eſt & aliud,tit.*5.*lib,*1.*Ordinam.*Rebuf.*d.quæſt.*13.*n.*51.
Guttier.*n.*40 *cum ſeqq.* Suarez *n* 15. Barboſ. *de jure Eccleſ.*
*univers. lib.*3.*c.*26 §.3.*n.*65. Otter.*de paſcuis,c.* 35. *n.* 2. 9.
Monet. *de Decim. d.c.*5.*n.*92.Azor.*part.*1.*libr.*7.*c.* 37.*quæſt.*
2.Caſtill. *n.*8.qui per *totum caput ſecundum* docet,hæc etiam
in Tertiis Regiis eſſe ſervanda;Valenzvel.*cons.*146. *n.* 10.
Pater Vazq. *in opuſcul.de benefic.c.*1.§. *unic. dub.*7.. Cancer.
ſuprà. n. 11.27.

Verſ. *Octavò ex his.*

Ad hæc videndi ſunt Guttierr *à numer.* 43. Perez *ſu-*
prà col. 200. *vers.Decimæ præterea, & vers. eſſe tamen*, Pa-
dill. *in l. poſt. mortem,numer.* 18. 19.*C. de fideicommis.* Aze-
ved. *in l.*4. *numero ſecundo* , *titul.* 5.*libr.*1. *Recopilat.* Monet.
*ſuprà capit.*6. Tuſch. *concluſ* 67.*numer. octavo*, Bonacin.
*dict. quæſt.*5. *punct.* 4. *numer.*3. Suarez *capit.* 37.*per totum*,
Barboſ. *de offic. Paroch.capit.*28.§.2. *numero vigeſimo quarto,*
&

*& de univerſ. jur.Eccleſ.dict.cap.*26.§.2.*ex n.* 21. Guid. Pap.
*deciſ.*283.
100 Ex his deducitur Primùm, decimas , etiam antequam pe-
tantur , deberi ; quia ad Eccleſiam pertinent , ſine aliqua
conditione , cui propriæ ſunt , aut ſaltem debentur ; nam
in hoc diverſæ opiniones ſunt. Secundum , debitores non
101 teneri ad referendas eas in horrea Clericorum (etſi non
pauci contrarium ſentiant , ut Mareſcot. *dict. cap* 95.*in fi-*
ne,Cened.*ad Decret. collectan.*66 *num.*4.Franc.Vivi.*deciſ.* 4.
102 *num.* 33. Franch. *deciſ.* 124 *à principio*) Quoniam regula-
riter debitor non cogitur portare debitum ad domum
creditoris , niſi ſit in pecunia , & uterque ejuſdem fori ,
nulluſque labor , aut ſumptus neceſſarius ſit ; ut per Her-
moſ.*in l.*56.*gloſ.*6.*numer.*129.130.*tit.*5.*part.*5.ubi plures al-
103 legat.Tertium , Clericos eſſe monendos , ut faciant Deci-
mas deferri,videántque acervos metiri,nec licet , ipſis in-
conſultis , fructus recondere , ne fraudum detur occaſio ;
l. 1.*titul.*5.*libr.*2.*Recopilat.* Imò poteſt Parochus facere, ut
fructus pendentes deſcribantur , ſecundum Mareſcot. *ubi*
proximè , *num.* 33. & quilibet exactor Decimarum poteſt
prohibere domino fructuum , ne illos aſportet , niſi ipſe,
vel alius ſuo nomine adſit ; Cancer, *numer.* 7. ubi plures
Quæ omnia , ſecluſa conſuetudine contraria , procedunt.
Obſervandum eſt , ex Decimis perſonalibus deducen-
104 das eſſe pro rata expenſas in artificio , vel negotiatione
factas,ita ut ſolum ex lucro præſtentur. Ex aliis non uti-
que , ſed omne quod provenit ad Decimam computatur,
105 *cap. non eſt* 22.*cap. paſtoralis* 28. *cap. um non ſit* 33.*de De-*
*cim.*Leſſi. *libr.*2.*cap.*39.*dub.*1. *numer.*16. Tuſch. *ſupra con-*
*cluſ.*63. *numer.* 1.2. Molfeſi. *tract.*6. *capit.*4.*numer.* 51. Va-
lent.*tom.*3 *diſputat.ultim. quæſt.*1. *punct.*3. Vazquez *in opuſ-*
cul.tractat.de benefic. §. *unic. dub.* 6. *numer.* 52. Monet. *ca-*
*pit.*6.*quæſt* 4.*conclu.* 1.3.Rebuf.*quæſt.* 11. Suarez *capit.* 33.
35.Mareſcot. *lib.* 2. *capit.*108.*numer.* 15.16. Capyc. *deciſ.* 6.
*numer.*3.5.12.Barboſ.*dict.capit.*26 §.1.*numer.* 34.*cum ſeqq.*
ubi rationem reddit differentiæ inter Decimas prædiales ,
& perſonares quoad deductionem expenſarium ; Petr.Bar-
boſ.*in l.fructus ex num.*6.*ff.ſolut. matrim.* Sed conſuetudine
poſſe introduci , ut ex prædialibus decimis impenſæ de-
ducantur,docet Aug. Barboſ. *numer.* 38. Quæ expenſæ ſint
106 ex perſonalibus Decimis detrahendæ , explicat Suar. *dict.*
*cap.*33 *in fin.* ubi ait , id eſſe deducendum duntaxat, quod
occaſione artificii , aut negotiationis impenſum fuerit ,
non tamen ipſius negotiatoris alimenta , illi ; etiam nihil
107 agenti , neceſſaria. Cumque computatio lucri facienda
ſit in fine cujuſque anni , habenda eſt ratio compendii ,
& diſpendii , ut ſi in uno negotio amiſſum eſt , quod in
alio quæſitum , nihil Decimarum nomine debeatur, Suar.
*cap.*3.*numer.*4.

Verſ. *Decimò his omnibus animadverſis.*

Communis concluſio eſt , quadraginta annorum uſum
108 ſufficere ad inducendam conſuetudinem , quoad Deci-
marum exemptionem , Mareſcot. *dict. capit.*95.*numer.*29.
Monet. *capit.* 5. *numer.*103. Bonacin. qui multos laudat ,
*punct.*5.*numero ſexto* , Suar. *capit.*13 *numero tertio*, Guttier.
*numer.*65.Leſſi. *dict. lib.*2. *capit* 6. *dub.*14. *numer.*47. licèt
Molin *de juſt. & jur.tom.*1.*diſput.*75. & Tondut.*dict. quæſt.*
72.*num.*18. immemorialem uſum requirant, qui in Galliæ
Tribunalibus , ita obſervari teſtatur.

Ibi : *Nec ad conſuetudinem iſtam etiamſi ei adverſetur.*

Ad conſuetudinis introductionen titulus , aut bona
109 fides,non deſideratur ; Molin. *de primogen. lib.* 2. *capit.* 6.
*numer.*55.Suar. *capit.* 13. *numer.*1.8 Bonacin.*tract.de legib.*
*diſput.*1.*quæſt.*1.*punct.ult.*§.4.*numer.*46. Guttierr. *dict.quæſt.*
21.*numer.*66. Didac. Perez *ſupr. colum.* 205.*verſ. Præterea* ,
Barboſ. *in collectan. ad capit. fin. de conſuetud. in fin.* Delbe-
ne *ſuprà,tom.*1.*cap.*8.*dubit.*29 *ſect.*3.*num.*5. & notatur com-
muniter *in dict.cap.fin.de conſuet.*

Ibi : *Undè maximè ad hoc conducit ſcire.*

Plures differentiæ inter conſuetudinem, & præſcriptio- 110
nem inveniuntur.Prima eſt , quod conſuetudo non indu-
citur niſi per Communitatem , per privatum verò præ-
ſcribi poteſt.Secunda , per conſuetudinem acquiritur jus
toti Communitati; per præſcriptionem ipſi poſſidenti pri-
vato. Tertia , conſuetudo eſt quid juris,quatenus legis vi-
cem obtinet , *l. de quibus* 32. *ff. de legib.* Præſcriptio quid
facti , quia jus non facit. Quarta , conſuetudo abrogat
legem ; Præſcriptio non utique. Quinta , in præſcriptio-
ne bona fides requiritur,in conſuetudine non deſideratur.
Sexta,ad conſuetudinem intervenire debet conſenſus ſal-
tem tacitus Principis, cujus legi derogatur;ad præſcriben-
dum non eſt neceſſe ut ille conſentiat , cui nocumentum
ex præſcriptione generatur ; de quibus , & aliis differen-
tiis videndi ſunt Tondut. *dict. quæſt.* 72.*num* 9.Suar.*cap.*5.
*num.*19.*& cap.*13. *à num.*5. Bonacin. *ubi proximè* , Barboſ. *in*
*dict.cap.fin.num.*21.D.Covar. *in regul. poſſeſſor.part.* 2. §. 3.
num 2. Salas *de legib. diſp.* 19. *ſect.* 1. *num.* 6. 7. 8. *& ſect.*
5 *num.*45. 50. 54. Rebuf. *dict. quæſt.* 13. Guttier. *num.* 69.
Ioan. Fab. *in* §. *ex ſcripto* , *Inſt. de jur. natur. num.* 5.
Menoch. *conſ.* 1092. *num.* 2. Cardin. Tuſch. *lit. C. concluſ.*
801.Delbene *ſuprà.*

Verſ. *Undecimò attentè, & diligenter.*

Hæc ſententia etſi valdè communis ſit , ut conſtat ex 111
laudatis per Guttier. *num.* 38. rejicitur à Theologis , &
non paucis juris Interpretibus , ut Suar. *dict. cap.* 12. *num.*
18. (ubi D. Covarr. *in præſenti* expreſſim impugnat alens ,
hanc conſuetudinem damnandam non eſſe , etſi laudabi-
lis non ſit) Tondut *d.cap.*72 *num.*12. Abulenſ.*ſup.Matth.*
*cap.*23. *quæſt.*63. Menchac. *dict.libr.* 2. *illuſtr.cap.*89. *num.*
8. § *quid dicendum* , Rebuf. *dict. quæſt.* 13. *num.* 43. 44.
Delbene *dict. dubit.* 19 *ſect.* 3. *& ſect.* 7. *num.*2 Barboſ.
*dict.cap.*26.§.3.*num.*64.Sot. *dict. libr.* 9. *quæſt.* 4. *art.* 1.*col.*
antepenult. Ratio eſt , nam ut ſæpe diximus , ſuſtentatio
miniſtrantium ſpiritualia , jure naturali , ac divino de-
betur ; ſed quod per Decimas præſtetur,jure Eccleſiaſtico
ſtatutum eſt , contra quod poteſt conſuetudo prævalere ;
dict. cap. fin. ubi notant Interpretes , *de conſuet.* Undè ſi
per primitias , oblationes , aliumvè modum mini-
ſtris illis alimenta ſufficienter exhibeantur, juris naturalis
obligationi ſatis fit ; neque ita datur nimia ſæcularium
exemptio , aut deficit recognitio.Sacerdotibus debita , ſi
quidem modus duntaxat contributionis immutatur ; ſic
conſuetudo non ſolvendi Decimas , pluribus in locis Ger-
maniæ , Italiæ,Græciæ,& Galliæ obſervatur , ſed conſtitu-
ta eſt quantitas certa fructuum , vel pecuniæ quotannis
Eccleſiæ ſolvenda : ut teſtantur Tond.*ſupr. num.* 4. 6. 12.
Panormitan.*in cap.in aliquibus* , *num* 8. *verſ. Alii fuerunt in*
opinione , *de Decim.* Filiuci. *quæſtion. moral. tom.* 2. *tract.*
28.*cap.*7.*num.*152. Menchac. *controverſiar. lib.* 2. *cap.* 89.
*num.*8.Monet.*quæſt.*4.*num.*92. Suar.*ſupr.num.*8 Grimaudet.
tract.de Decim.cap 6 *num.*3.
Eſt tamen pro *D. Covar.* non leve fundamentum ex tra- 112
ditis per eumdem Suarez *cap.* 14. *num.* 10. ubi docet,non
poſſe Pontificem legem Decimarum tollere , etiam relicta
Clericis congrua ſuſtentatione ; quod tenent etiam Ca-
ſtill. *cap.* 10. *num.*7.Guttier.*dict.cap.*21.*num.*30.Monet.*cap.*
5.*num.*53 Navar. *de redit b. Eccleſiaſt. quæſt.*1.*num.*57.Leſſ.
de juſt. & jur. lib. 2. *cap.* 39. *dubit.* 41. Pat. Vazquez
in opuſcul. tit. de benefic. cap. unic. §. 1. *dub.* 1. Tuſch.
lit. D. concluſ. 62. *num.* 11. quoniam Spiritus Sanctus , à
quo Pontificia regitur poteſtas , non permittet eum in
tantum errorem incidere in detrimentum totius ſtatus Ec-
cleſiaſtici , quandoquidem Sacerdotes non ita decen-
ter ſe gererent,ſubſidium pauperibus deficeret,& Divinus
cultus irreverenter negligeretur. Igitur hoc , quod ita
perniciosum eſt,& irrationabile,nulla poterit. conſuetudi-
ne introduci;ut omnes in *d.c.fin. de conſuetud.*præmittunt.
Sed reſponderi poteſt , talem conſuetudinam approba- 113
tam per tacitum Pontificis , ac eorum , quorum intereſt
conſenſum , non eſſe irrationabilem judicandam , cùm
aliis modis poſſit tamen ratione miniſterii ſpiritualis ero-